MONUMENTA

PRIVILEGIORUM

CAPITULI

METROP. ECCLESIAE NEAPOLITANAE.

NEAPOLI,

EX TYPOGRAPHIA GALLICANA.

MDCCCXXV.

PUBLICA AUCTORITATE.

AD BENEVOLUM LECTOREM.

Non deerunt fortasse, qui miraturi sunt, cur ea Ecclesiæ Neapolitanæ Canonicos incesserit cura, ut monumenta, quæ hoc libello continentur, prælo subjicienda, et vulganda censuerint. Sed mirari quemque desiturum non dubitamus, modo rationibus, quæ Canonicos ad eam cogitationem suscipiendam perduxere, voluerit paullisper animum advertere. Ac primo quicumque, seu quod studiorum suorum ratio adegerit, seu quod non illiberalis quidam urbis, in qua natus altusque est, originem vicesque noscendi amor adlexerit, neapolitanarum rerum scriptores volutarit; is profecto perspexit, quam male et verbis aliquando asperioribus majores illi

nostros accipiant, arguantque negligentiæ et supinitatis. Ipsi enim omnium securi, et quasi vitæ bene beateque degendæ unice intenti nihil earum rerum, quæ vel sua, vel proxima superiore ætate evenere, litteris consignare, ac memoriæ posterorum prodere curæ sibi studioque habuerunt. Ea de caussa si quem morem, si quod institutum vestigatum eas, quod temporibus paullo antiquioribus in civitate obtinuerit; næ tu spissis universa tenebris offusa offendes, nec quidquam quasi pelago demersum, improbum licet exhauseris laborem, exspiscari poteris ipse per te, sine delio natatore. Hinc variæ illæ discrepantesque sententiæ, hinc illæ rixæ plenæ sæpe acerbitatis inter antiquitatum scrutatores profectæ, qui semilacerum lapidem, aut numum detritum litterisque fugientibus testem invocare ad lites dirimendas debent, atque rem hariolando conjectandoque

definire. Age vero, quæ ad civile urbis συστημα pertinent, missa faciamus. Num minor in re ecclesiastica versata est incuria? Minime gentium: idem peccatum et multo fortasse gravius peccatum est. Quis enim jure non admiretur, Ecclesiam neapolitanam, quæ maximum sibi decus in eo positum existimarit, quod christianam fidem a Beatissimo Petro Apostolorum principe didicerit, primumque ab eodem Antistitem Asprenem acceperit; IX denique sæculo exeunte Ioannem Diaconum nactam esse, qui episcoporum seriem, et res gestas colligeret, scriptoque mandaret? Atqui ita plane factum est. Sed exstitere, inquies, Ioannis ævo monumenta, quæ in chronico contexendo ad manum ille habuit. Credo equidem exstitisse: alioquin dicere deberemus, ea, quæ conscripsit, aut memoria repetivisse, aut ex ingenio finxisse: quod utrumque longe a veritate abhorrere

tute vides. Verum ea monumenta quam pauca fuere, quam repertu difficilia, quanto porro labore conquisita! Hujus rei sane illud est argumento luculentissimo, quod diacono nostro vix in illa ætatis suæ caligine licuit VIII episcopos eruere, qui per ipsa Christi tria priora sæcula Neapolitanam Ecclesiam gubernarint. Quod quidem quam non veritati sit consentaneum, quis tandem erit, qui non intelligat? Neque vero existimo te animum induxisse, illa tempestate aut pueros, qui regendis Ecclesiis præficerentur, delectos esse, aut admodum diuturniorem, quam vulgo solent homines, vitam vixisse. Verum hæc Neapolitanæ Ecclesiæ nascentis cunabula fuerunt, quum christiani plus operæ in fide moribusque excolendis, quam in rebus suis scribendis impendere consueverant. Quid vero quod nemo e nostratibus testatum alicubi reliquerit, quo primum tempore Beatissimi Ianuarii sanguis e ca-

pitis regione positus coeperit liquescere? Atqui vix obito martyrio (anno scilicet CCCV) cives civem Tutelarium suorum principem selegerunt, atque eximia semper, perpetuaque pietate coluerunt. Nonne hæc tanta tam admirabilis rei novitas, ubi primum oculis usurpata est, animos incredibilem in modum afficere debuit, ac percellere? nonne omnium sermone celebrari? Ejuscemodi tamen portenti initium nusquam a nostris memoratum invenies. Qua de re Mazochius doctissimus ille Collega noster, dum in id, ut e tenebris in lucem proferretur, insudaret, animo temperare minime potuit, quin exclamaret silentium illud sibi prodigii simile videri. Nullum enim licuit antiquiorem Ænea Sylvio (qui postea Pontifex anno 1458 fuit) scriptorem, hominem scilicet alienigenam reperire, a quo sanguinis sacri in capitis conspectu ebullientis mentio injecta foret. Neque hæc

solum, sed innumera in medium afferri documenta possunt, quæ eamdem majorum incuriam palam facerent. Cavendum igitur erat, ne posteritas eamdem nobis dicam impingeret, ac tanquam rerum nostrarum incuriosos traduceret; si quæ hoc tempore non mediocrem Canonicis curam, molestiamque attulerunt, typis mandare prætermitteremus. Postremo illud nonnemo erit nobis objecturus, esse scilicet in Capitulo Tabularium: ibi condi atque adservari hæc αυτογραφα potuisse, ex eoque, quum ex usu esset, ac res postularet, expromi. Factu quidem facillimum id fuit, libentesque eo consilio usi essemus, si rationibus nostris commode provisum iri creditum foret. Dicendum est enim, etsi nobis permolestum id et gravissimum est, Capituli Tabularium retroactis sæculis non ita sancte fuisse custoditum, ut multa laude adhibitam ad id diligentiam prosequi possimus. Tempus enim

fuit, quum capitulare Archivum magna vetustorum, et quantivis pretii codicum supellectile ornatum erat: sed hos nunc ibidem frustra quæras. Qui si exstarent, quantam illi lucem Historiæ hujus Ecclesiæ fœnerarentur, quantum decoris capitulo afferrent, quam expeditam denique ad exstinguendas in ipso exortu controversias viam et rationem commostrarent! Atque hæc tam multa nobis commoda cum ipsis deperditis codicibus disperierunt. Nec quisquam suspicetur hanc nos rem sine caussa exaggerare, aut primos hanc acerbam capitularis Archivi vicem dolere. Ille ipse Mazochius, quum medio superiori sæculo Canonicorum caussam suscepisset, atque in Tabularii pulvere volutaretur, idem vulnus non sine magno doloris sensu refricuit. *Est* (a),

(a) Maz. Disser. de Ecclesiæ Neap. semper un, Part. II, Cap. III, pag. 194.

ille ait, *fuitque semper in Capitulo Neapolitano Tabularium : etsi antiquissima quæque cimelia hinc atque inde distracta, ac dilapidata dolemus; tamen scio istud ipsum patrum nostrorum memoria fuisse satis opimum. In eo... codices plurimos a se visos passim laudant Chioccarellus, Tutinus, aliique his duobus antiquiores.* Cave autem putes, B. L., dum hæc expostulamus, aliquid de antiquorum Canonicorum fama detractum velle. Optimis illis viris nil potiori fuit curæ, quam Capituli honos et dignitas: persuasunque erat, ingens se facinus admissuros, si quidquam committerent, quo Collegarum decus aut commodum vel minimum minueretur. Non illi culpa, sed bonitate et facilitate peccarunt. Quod integerrimis hominibus usu solet venire: quo enim quisque sanctior est, eo minus de aliorum moribus secus existimare autumat sibi li-

cere. Itaque quum aliqua de caussa, quæ justa videbatur, alienis hominibus aditum ad Archivum patere voluerunt, tam insignis jactura præter ipsorum voluntatem facta est.

Atque hæc eo fusius, quam par fortasse fuit, aut nostra quoque initio tulit opinio, hoc loco exposuimus, ut cognosceres quæ, quamque justæ fuerint rationes, quæ Canonicos impulere, ut hæc monumenta typis excusa lucem adspicerent. Confidimus vero neminem fore, qui ambitiose id a nobis factum esse criminetur, sed curam potius probet ac diligentiam nostram. Non enim pertimescendum est, ne idem periculum, quo de paullo ante conquesti sumus, hæc diligentius custodita, et formis typographicis expressa temporis lapsu adituru sint: eademque fortuna, quæ nos modo exercuit, successores nostros sollicitos sit habitura. Quamobrem certi sumus, te, Lector Benevole, at-

que universos æquos rerum æstimatores Canonicorum consilium comprobaturos, bonique consulturos.

Itaque hoc volumine habebis I, Apostolicas Benedicti XIII. P. M. litteras. In his exscriptus est Motus, ut ajunt, proprius S. Pii V, quo Capitulo et Canonicis Metr. Ec. Neap. restituitur, et redintegratur usus Pontificalium, et vestium Protonotariorum Apostolicorum. Benedictus vero XIII, eundem Motum proprium confirmavit, atque amplificavit. II. Rescriptum Leonis XII Pontificis feliciter regnantis, qui jubet Pontificalia a Canonicis usurpari debere, donec controversia, cujus narratio paucis adumbrata est in Eucharistica Canonicorum ad eundem Pontificem epistola, dirimeretur. III. Apostolicas ejusdem Pontificis litteras, quibus Pii V et Benedicti XIII. concessiones confirmantur, et amplificantur. IV. Ferdinandi I. Regis mandatum. Post pacta inter Pium

VII. P. M. et Ferdinandum I. Regem conventa paucis ante annis inita, dubitatio orta est, num Canonicis sarta tecta esse deberet simplicium canonicatuum simultanea cum Archiepiscopo collatio, uti ab ipsa eorumdem Canonicatuum ex Capituli reditibus fundatione possidebatur. Ea de re definitum sanctumque est, Canonicos ab immemorabili possessione moveri non debere. Altera suborta est dubitatio, prioribus ne, an posterioribus semestris alterius mensibus Canonici cum Archiepiscopo canonicatus simplices deberent conferre. Proposita in Principis consistorio controversia, Rex de Ministrorum sententia statuit priores semestris menses ad Canonicos una cum Archiepiscopo pertinere.

Vive, L. B., et vale.

ALLA

SANTITA' DI NOSTRO SIGNORE

PAPA LEONE XII.

Beatissimo Padre

Li Canonici della Chiesa Metropolitana di Napoli col dovuto ossequio rappresentano alla Santità Vostra come per grazia speciale della S. Sede in vigore dei Brevi di S. Pio V, e di Benedetto XIII, hanno finora pacificamente goduto amplissimi privilegj circa l' uso delle insegne Pontificali. Ed emanata di poi nel decorso mese di luglio da Pio VII di S. M. la Costituzione = *Decet Romanos Pontifices* = Declaratoria dei privilegj sull' uso delle Insegne sudette, sembrava alli Canonici oratori di poter perseverare liberamente nell' antico pacifico possesso: poichè per una parte si ravvisavano

legittimamente, ed autenticamente abilitati a tali privilegj dai due menzionati Brevi Apostolici, e per l'altra parte osservavano che nel Decreto della S. Congregazione de' Riti inserito e confermato da Pio VII nell'enunciata Costituzione, veniva espressamente permesso ai Capitoli graziati di maggiori privilegj, di dedurre le loro ragioni, e documenti alla S. Congregazio de' Riti, come si legge sotto l'articolo 28 nei seguenti términi = *Si quæ vero Capitula amplioribus, ac præter hujusce Decreti instituta privilegiis se aucta fuisse arbitrentur, peculiaria hæc jura in Congregatione perpendenda deducant, ut quod e Canonicarum Sanctionum præscripto visum fuerit, opportune decernatur.*

Li Canonici esponenti sono pronti a dedurre le ragioni, e documenti dei loro speciali privilegj, ed a tal'effetto hanno già inviato un loro Collega, nella persona del Canonico Savarese deputato a trattare quest'affare presso la S. Sede. Ma siccome ad ultimarlo, ed a produrre li necessarj documenti si richiede qualche tempo; ed intanto le funzioni Capitolari sono urgenti per il prossimo Avvento, e seguenti Solennità, ed il tralasciarle, o non usare le consuete Insegne, finora sempre usate,

potrebbe recare ammirazione, e scandalo al Popolo; quindi li Canonici oratori umilmente supplicano la Santità Vostra a voler loro permettere di continuare nell' uso delle sudette Insegne, come ne hanno usato per il passato, finchè sia seguito l'esame delle loro ragioni, e privilegj, e finchè dalla S. Sede ne sia stato pronunziato l'oracolo definitivo. Che

---

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI.

17 Novembris 1823.

SANCTISSIMUS, attentis expositis, benigne annuit pro gratia juxta petita, cum onere tamen oratoribus imposito deducendi quamprimum rationes, et Privilegia coram Congregatione Sacrorum Rituum. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

P. F. Cardinali GALLEFFI.

AL SIGNOR

D. DOMENICO CRITENI,

INCARICATO DA SUA MAESTA' PER L' IMPARTIZIONE DE' REGJ EXEQUATUR.

Il Procuratore de' Canonici della Chiesa Arcivescovile di Napoli con supplica l'espone aver ottenuto dalla S. Sede l' annesso Pontificio rescritto. Supplica per l' impartizione del Regio exequatur.

L' INCARICATO DE' REGJ EXEQUATUR.

Veduto il Rescritto Pontificio spedito in Roma il dì 17 dello spirante novembre, col quale in seguito di suppliche avanzate alla S.

Sede dai Canonici della Chiesa Metropolitana di Napoli, domandando che pendente l'esame di loro ragioni, e privilegj circa l'uso delle Insegne Pontificali loro accordate, ad evitare un' ammirazione nel popolo, facendosi una novità, se gli permetta di continuare nell'uso di dette Insegne, come ne hanno usato per lo passato; si è degnata S. Santità di annuire alla domanda, coll'obbligo ben vero ad essi Canonici di dedurre quanto prima le loro ragioni, e privilegj innanzi alla Congregazione de' Sacri Riti.

Si esegua l'enunciato Rescritto; ben vero in ordine alla condizione ed obbligo di sopra indicato restano, salvi i regii dritti, e si osservino le leggi, e la polizia del Regno, ed il tutto in conformità della Sovrana risoluzione di S. M. del dì 30 agosto di quest' anno.

Napoli 27 novembre 1823.

Domenico Criteni.

Lo Spedizioniere.

Pietro Frenna.

*

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XIII.

BREVE

Quo Capitulo, et Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ

CONFIRMATUR, ET AMPLIATUR

Indultum Motu proprio S. Pii V. restitutionis, et reintegrationis Usus Pontificalium ad instar Abbatum, et Habitus, ac Vestium Protonotariorum Apostolicorum.

Die 15 Decembris 1802.

Liceat imprimi cum inserta forma decreti quod exequatur.

VECCHIONE.

BENEDICTUS

PAPA XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

In Apostolicæ dignitatis fastigio, meritis licet imparibus, Divina dispositione constituti, ea, quæ de Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, et Apostolicæ Sedis benignitate ad Insigniorum Ecclesiarum, personarumque in eis Altissimo assiduè famulantium honorem, et decus augendum processerunt, confirmationis nostrœ patrocinio libenter constabilimus, illaque extendimus, et ampliámus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem S. Mem. Pius PP. V. Prædecessor noster Capitulo, et Canonicis Metropolitanæ Ecclesîæ Neapolitanæ inter alia indulsit, ut Protonotariorum Apostolicorum, etiam in Cappella sua, nunc nostra assistentium more

Cappas purpurei, sive violacei coloris Sabbato Sancto mutare, seque in habitu, et vestibus eisdem Protonotariis ubicumque locorum omninò conformare, ac insuper inter Missarum, aliaque solemnia, pro tempore existente Archiepiscopo Neapolitano assistente, vel Pontificalia exercente, aut celebrante una cum Pastorali Baculo, Mitram, cæteraque alia indumenta, et ornamenta ad instar Abbatum usum Baculi, et Mitræ hujusmodi habentium gestare valerent, prout uberiùs continetur in Cedula Motus proprii ejusdem Pii Prædecessoris sub dat. IV. Nonas Martii Pontificatus sui Anno IV. manu subscripta tenoris, qui sequitur videlicet.

MOTU PROPRIO etc.

LICET nos dudum, postquam ex certis causis, tunc expressis dilectis filiis Capitulo Ecclesiæ Neapolitanæ, singulisque illius Canonicis, ut Protonotariorum Apostolicorum, etiam in Cappella nostra assistentium more Cappas coloris purpurei, sive violacei Sabbato Sancto mutare, et hujusmodi mutationem continuare; seque in

habitu, et vestibus eisdem Protonotariis in omnibus, et per omnia ubicumque locorum conformare; et insuper inter Missarum, Vesperorum, aliaque Solemnia, locis, et temporibus opportunis usum Mitræ, et Baculi cum nonnullis aliis gratiis ad instar Abbatum, usum Mitræ, et Baculi habentium, per quasdam nostras in forma Motus proprii, manu nostra signatas perpetuô concesseramus, et indulseramus; postmodum certis aliis tunc expressis causis, concessionem prædictam, et Indultum hujusmodi, ac literas desuper confectas, et in eis contenta quæcumque cum omnibus, et singulis illarum clausulis, et decretis per alias nostras in forma Brevis confectas literas cassaverimus, et annullaverimus, aliaque desuper fecerimus, prout in singulis literis prædictis plenius continetur; tandem verò de rei veritate ad plenum informati, et Nobis satis abundè constiterit supradictas revocatorias hujusmodi maximum præjudicium Capitulo, et Canonicis præfatis attulisse, ac considerantes ipsam Ecclesiam inter omnes Neapolitani Regni Cathedrales admodum insignem, ut quæ in Regno hujusmodi Metropolis existit, Illustriumque, et aliorum Nobilium Virorum concursu, frequentiaque maxime nobilitatam, et speciosam

esse, ac propterea nolentes ipsis in aliquo præjudicare, ac scandalis, quæ forsan desuper oriri possent, providere, quin potius eorum Ecclesiam, quæ per fel. rec. Paulum PP. IV. Prædecessorem nostrum primò, et deinde Alphonsum Carafam Cardinalem Neapolitanum nuncupatum non immeritò gubernata, et amata fuit, non minori benevolentia prosequi volentes, Motu simili literas revocatorias hujusmodi penitùs, et omninò ex certa nostra scientia cassantes, et annullantes, illasque eisdem Capitulo, et Canonicis in aliquo præjudicare non potuisse, nec posse, aut debere decernentes, eosque adversus illas in pristinum, ac eum, in quo, antequam emanassent, erant statum restituentes, et plenariè reintegrantes; cumque acceperimus dictos Capitulum, et Canonicos dum suæ Ecclesiæ servitiis insistant, Rochettis semper uti, ac Cappis coloris violacei, seu purpurei, quem Pavonacium vocant, à primis Vesperis festivitatis omnium Sanctorum, usque ad Sabbatum Sanctum, inter Missarum, Vesperorum, aliaque Solemnia; necnon in Processionibus, ac Congregationibus publicis, locisque, et temporibus opportunis etiam uti, et se Protonotariorum Apostolicorum, ac aliorum habitui conformare; necnon

Baculum Pastoralem ab immemorabili tempore citrà habere, et forsan gestare ex Indulto, et permissione Sedis Apostolicæ, vel aliàs, consuevisse. Quare judicantes dictam Ecclesiam esse maximè dignam, ut ejus Canonici similiter. et Mitræ gestamine super eorum capita, quemadmodum alicui, vel aliquibus aliis non majoris dignitatis Ecclesiis reperitur Indultum esse, decorentur, et eosdem Capitulum, et Canonicos dictæ Ecclesiæ, ut eo promptiores Divinis obsequiis, ipsiusque Ecclesiæ servitiis incumbant, quo se majoribus prærogativis ab eadem Sede donatos esse cognoverint, amplioribus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eisdem Capitulo, singulisque illius Canonicis, ac etiam Dignitates, Personatus, Administrationes, vel non tamen inferiora officia ibi obtinentibus, ut ipsorum Protonotariorum Apostolicorum, etiam in Cappella nostra assistentium more, Cappas præfatas Sabbato Sancto mutare, et hujusmodi mutatione una cum Rochetto, seu Rocchettis continuare inter Missarum, Vesperorum, aliaque solemnia in Processionibus, et aliis Congregationibus publicis, locisque, et temporibus opportunis; seque in habitu, et vestibus eisdem Protonotariis in omnibus, et per omnia ubicumque

locorum omninò conformare, et insuper inter earumdem Missarum, Vesperorum, aliaque solemnia, locisque, et temporibus opportuuis, pro tempore existenti Archiepiscopo Neapolitano, ipsoque assistente, vel Pontificalia exercente, aut eadem celebrante, illis dumtaxat exceptis, qui trigesimum non attigerint annum; ita tamen, quod ætate hujusmodi completa, etiam ipsi minimè excludantur, ac sicut et alii una cum Pastorali Baculo similiter et Mitram super eorum Capitibus, cæteraque alia indumenta, et ornamenta ad instar Abbatum, usum Mitræ, et Baculi habentium gestare, et in hoc habitu, etiam processionaliter, omnibus conjunctim, illis interessentibus una cum eodem Archiepiscopo, pro tempore existente, alias liceat tantùm ei, qui præest, incedere, celebrare in Cathedrali tantùm, et eorum Ecclesia, ac comparere, aliaque Divina exercere; necnon Populum, corporalia, aliaque indumenta Ecclesiastica, præter Calices, et Patenas de Ordinarii consensu, benedicere, ac eorum singuli in suis armis, et Insigniis Mitram, et Baculum hujusmodi gestare, et addere, prout Abbates Benedictini solent, eisdem in omnibus, et per omnia omninò conformari liberè, et licitè valeant, ac possint, auctori–

tate Apostolica perpetuò de novo concedimus, et indulgemus, ac concessionem, et Indultum hujusmodi, literasque desuper conficiendas, similiumque gratiarum revocationibus, limitationibus, suspensionibus, vel derogationibus, etiam per Sedem præfatam, ex quavis expressiva causa pro tempore quomodolibet factis nullatenus comprehendi, semper ab illis excepta, et quoties illa revocari, vel illis aliàs derogari contigerit, toties in pristinum statum restituta, et de novo concessa fore, et censeri, ac de eisdem Capitulo, singulisque Canonicis, et personis in perpetuum suffragari. Sicque per quoscumque Judices, et Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, sublata, etc. judicari, et definiri debere, irritum quoque decernimus, non obstant supradictis nostris literis in forma Brevis revocatoriis, perinde ac et literæ hujusmodi nullatenus à Nobis emanassent, ac quibusvis aliis Apostolicis, ac in Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, statutisque, Privilegiis quoque, Indultis, et literis Apostolicis, etiam Collegio Protonotariorum, necnon Abbatum prædictorum, et aliis quibusvis clausulis, et decretis quomodolibet concessis, etc. quibus

omnibus in literis latissimè extendendis, etiam si de illis, etc. tenores, etc. hac vice latissimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis, et aliis.

FIAT UT PETITUR M.

Et cum absolutione à Censuris ad effectum tantùm, etc. et quod Indultis super Cappis, Rocchetto, seu Rocchettis, et Baculo gestandis Capitulo concessis, necnon literarum revocatoriarum, aliorumque Privilegiorum suorum tenores habeantur pro expressis, et exprimi possint, et cum cassatione, irritatione, nova concessione, Indulto, Decreto, et derogatione, aliisque omnibus, et singulis supradictis, quæ hic pro sigillatim, et ad partem repetitis habeantur, ut supra in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam latissimè extendendo, et cum opportuna, si videbitur executorum deputatione, qui assistant etiam sub censuris, etc. cum potestate agendi, etc. invocato etiam ad hoc si opus sit, auxilio brachii sæcularis, cum derogatione Constitutionum de una, et de duabus dictis, dummodò non ultrà tres, et quod præmissorum omnium, et singulorum, etiam qualitatem rogatorum, aliorumque mo-

nitorum major, et verior expressio fieri possit in literis per Breve nostrum, si videbitur expediendis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum IV nonas Martii Anno IV.

Fiat M.

Nunc autem Nos, qui prædictam Metropolitanam Ecclesiam Neapolitanam antiquitate, dignitate, multiplicibusque aliis nominibus Insignem, ex qua plures Romani Pontifices, ut notum est, ac tot eximii, et Illustres Viri omni ferè tempore prodierunt, magni semper fecimus, ac peculiari in primis complexi sumus, et etiamnum complectimur paternæ charitatis affectu, quod Orthodoxam fidem, quam semel suscepit, filialemque suam in Romanam Ecclesiam ejus Matrem, et Magistram devotionem, et obedientiam omni cura, ac studio intemeratas jugiter custodierit, et constanter retinuerit, aliquod erga eamdem Metropolitanam Ecclesiam Neapolitanam Pontificiæ benevolentiæ, ac munificentiæ Nostræ monumentum extare cupientes; necnon dilectorum filiorum illius Capituli, et modernorum Canonicorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti,

aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præinsertam Cedulam Motus proprii Pii Prædecessoris, omniaque, et singula in ea contenta harum serie perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; præterea Indultum eisdem Capitulo, et Canonicis inter Missarum, aliaque solemnia, memorato Archiepiscopo Neapolitano assistente, vel Pontificalia exercente, aut celebrante, Baculum, Mitram, cæteraque indumenta ad instar Abbatum usum Baculi, et Mitræ habentium deferendi ab eodem Pio Prædecessore, sicut præmittitur, concessam, ac præfatam Cedulam motus proprii ipsius Pii Prœdecessoris in hac parte ampliantes, et extendentes, ut deinceps perpetuis futuris temporibus Capitulum, et Canonici prædictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ tam in Civitate, quàm in Diœcesi Neapolitana, etiam absente eodem Archiepiscopo,

inter solemnia hujusmodi, ac in quibusvis Ecclesiasticis functionibus, in quibus paramenta Sacra adhibentur Baculum, Mitram, aliaque indumenta, et ornamenta prædicta gestare, et deferre, illisque uti liberè, et licitè possint, et valeant, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ipsosque super præmissis à quoquam quovis prætextu, causa, et occasione molestari, perturbari, aut impediri nullatenus unquam posse. Sicque, et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Sedis Apostolicæ Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari decernimus. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et

Ordinationibus; necnon, quatenus opus sit, dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et Consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, et literis Apostolicis quibusvis in genere, vel in specie sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis, et aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenoris hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris,

ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialitèr, et expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVIII Aprilis MDCCXXV, Pontificatus Nostri Anno Primo.

F. CARDINALIS OLIVERIUS.

Adest Sigillum.

*

Eminentissimo Signore,

Il Capitolo e Canonici della Cattedrale di questa Città riverentemente l'espongono, come dalla Santità di Nostro Signore l'è stato con Breve non solo confermato l'antico Indulto di S. Pio V. intorno i di loro Abiti, Insegne, e Pontificali; ma ancora l'è stato esteso e ampliato l'uso de' Pontificali etiam absente Archiepiscopo. Supplicano perciò l'Em. Vostra del Regio Exequatur, e l'avranno a grazia ut Deus etc. = Reverendus Regius Cappellanus Major revideat et in scriptis referat = Mazzaccara Regens = Alvarez Regens = Giovene Regens = Pisacane Regens = Solanes Regens = Provisum per S. E. Neap. die 15 Maii 1725. = Mastellonus = Spectabilis Regens Miro absens, et Illustris Dux Lauriæ non interfuit.

Eminentissimo Signore,

Per ubbidire agli ordini di V. E. ho visto un Breve sub annulo Piscatoris col quale Sua Santità inclinata alle preghiere dateli dal retroscritto Capitolo e Canonici supplicanti *motu proprio, et ex certa scientia, et Apostolicæ potestatis plenitudine,* approva et confirma l'antico Indulto di S. Pio V. Sommo Pontefice Predecessore intorno l'insegne Pontificali, e di loro abiti, ma anche li fa grazia dell'uso delli Pontificali suddetti, *etiam absente Archiepiscopo* per le cause in detto Breve espressate; come questo e altro da quello si legge spedito in Roma a' 18 aprile 1725. In esecuzione del quale si supplica V. E. per il Regio Exequatur, per tanto visto e considerato il tutto adhibito in ciò il parere dell' Illustre Marchese della Valletta Regio Consigliere, D. Giuseppe Lucini Regio Consigliere e mio ordinario Consultore, sono di voto che l'E. V. puol restar servita per l'esecuzione di detto Breve Apostolico conceduto alli supplicanti il Regio Exequatur, per potersene avvalere, per trattarsi di concessione, come di sopra enarrata, mera Ecclesiastica, lo che spetta alla Santità Sua, e Santa

Sede Apostolica ; e questo è quanto occorre riferire a V. E. Da casa in Nap. a' 16 maggio 1725. = Di V. Em. Um. Servitore e Cappellano Maggiore = Reg. D. Diego Vincenzo de Vindania = Joseph Lucino. =

Exequatur servata forma dictæ Relationis = Mazzaccara Regens = Alvarez Regens = Giovene Regens = Pisacane Regens = Solanes Regens = Provisum per S. E. die 18 maii 1725. = Mastellonus = Spectabilis Regens Miro absens , et Illustris Dux Lauriæ non interfuit.

LEO PP. XII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Quotiescumque Romani Pontifices urgentur precibus, ut peculiaria ornamenta, ac decora Collegiis Canonicorum deferant, animum ac cogitationem intendunt statim in Ecclesiarum splendorem, Urbiumque et Oppidorum Nobilitatem, quae Collegiis ejusmodi sint instructa; eaque Ecclesiarum atque Urbium dignitate perspecta, facile se exorari patiuntur, ut porrectis precibus obsequantur. Jam vero quum tantus sit splendor Regiæ Urbis Neapolis, tanta etiam antiquitas, ac tanta dignitas Neapolitanæ Archiepiscopalis Ecclesiæ, ut de illis silere satius sit, quam cursim pauca perstringere; mirandum profecto non est, si Sanctus Pius V, et Benedictus XIII. fel. rec. Prædecessores nostri ejus Ecclesiæ Canonicis Pontificalium insignium et Apostolicorum Protonotariorum decora contulerunt. Sed quum Prædecessor item noster

Pius VII; Constitutione edita IV nonas julii hujus anni, decretum approbaverit Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Ecclesiasticis ritibus praepositorum, quo Decreto modus statuitur usui Pontificalium insignium, arctioribus inclusus finibus, quam Metropolitanae illius Ecclesiae Canonicis praefiniatur Litteris Sancti Pii V, ac Benedicti XIII; angi illi caeperunt animo, molestaque sollicitudine laborare. Quare, ut ab illo se angore animi exolverent, suppliciter a Nobis postulaverunt, ut Apostolicas Decessorum nostrorum Litteras, a quibus sua privilegia ejusmodi, ac decora vim accipiunt, nostra confirmatione muniamus. Nos vero mature prius perpensis omnibus, et singulis in Apostolicis Litteris Praedecessorum Nostrorum super usu insignium Pontificalium pro Capitulo et Canonicis Ecclesiae Metropolitanae Neapolis contentis, attentaque immemorabili consuetudine, constantique observantia iisdem Pontificalibus pacifice utendi; dilectos Filios Canonicos Neapolitanae Metropolitanae Ecclesiae peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis anathematis, suspensionis, et interdicti, aliisque, Ecclesiasticis censuris, sententiis ac poenis quovis modo, ac quacumque de causa

latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum confirmationis assequendæ gratia absolventes, et absolutos fore censentes, quum æquitati congruat, peculiarem rationem haberi tam illustris Canonicorum Collegii, e quo etiam nonnulli prodierunt, qui sublimem hanc Divi Petri Sedem adscenderint, Litteras motus, ut vocatur, proprii editas a Sancto Pio V. Prædecessore nostro quarto nonas martii anno ejus Pontificatus Quarto, ac præterea Litteras annulo Piscatoris obsignatas a fel. rec. Benedicto XIII Prædecessore pariter nostro die XVIII aprilis anni MDCCXXV quæ tamquam hic ad verbum exscriptas haberi mandamus, quasque per Litteras peculiaria quædam decora, et in his Pontificalia insignia, Canonicis Neapolitanæ Metropolitanæ Ecclesiœ tribuuntur, Apostolica nostra auctoritate confirmamus, et approbamus iisque perpetuæ, et inviolabilis efficaciæ robur adiicimus; decernentes has nostræ confirmationis Litteras semper firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, iisdemque Canonicis, et eorum successoribus hoc futurisque temporibus plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscunque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici

Auditores, Sanctæ Sedis Nuntios, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus fel. rec. Benedicti PP. XIV super Divisione Materiarum, ac præsertim fel. item rec. Pii PP. VII datis quarto nonas julii hujus anni, aliisque Constitutionibus, et Sanctionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXII decembris MDCCCXXIII. Pontificatus nostri anno primo.

Pro Dom. Card. Consalvo

G. Bernius.

L' INCARICATO DE' REGJ EXEQUATUR.

Veduto il Breve sub Annulo Piscatoris spedito in Roma il dì 22 dicembre cadente anno, col quale in seguito delle suppliche umiliate alla S. Sede, dai Canonici della Chiesa Metro-

politana di Napoli è venuta Sua Santità ad approvare, e confermare i privilegj loro accordati intorno all' uso delle Insegne Pontificali così da S. Pio V, come da Benedetto XIII con Lettere Apostoliche *in forma Brevis* dì 18 aprile 1725.

Veduto altresì il Regio Exequatur impartito alle succennate Lettere Apostoliche il dì 18 maggio dello stesso anno 1725 dal Collateral Consiglio, come dalla copia in istampa presentata in questo uffizio.

Si esegua il Breve anzidetto, salvi i Regj dritti, e la polizia del Regno.

Napoli 31 dicembre 1823.

Domenico Criteni.
Lo Spedizioniere,
Pietro Frenna.

Esatto per dritto di Registro Carlini tredici.
F. A. Valla, Regio Percettore.

Registrato lib. 5, fol. 479.
Breve per l'uso dalle Insegne, D. 1 50.

Il Controllo,
Pietro Vaestin.

AL

CARDINALE ARCIVESCOVO

DI NAPOLI.

Eminenza,

Ho fatto presente a S. M. il rapporto de' 2 luglio del corrente anno, col quale V. E. per far cessare le controversie, che ha col Capitolo della sua Chiesa Metropolitana circa il dritto, che al tempo, in cui erano in vigore le regole di Cancelleria, esso Capitolo avea di conferire ne' quattro mesi Vescovili simultaneamente coll'Arcivescovo i Canonicati della stessa Chiesa detti semplici, espressamente ha acconsentito,

che al detto Capitolo si accordi quel che fu dalla M. S. disposto in pari circostanza, per li Capitoli di Salerno, Evoli e Montecorvino; cioè, di farsi lo stesso Capitolo continuare nell' esercizio della simultanea collazione, in quattro mesi del secondo semestre dell' anno attribuito dall' ultimo concordato ai Vescovi di lasciarsi all' Arcivescovo disporre da se solo le proviste degl' altri due mesi. E S. M. considerando, che con tale espediente rimane salvo il dritto del Capitolo di Napoli che nel precedente stato di cose esercitavasi nel Consiglio di Stato ordinario del 1.° del corrente mese si è degnato aderirvi.

Il che nel R. Nome partecipo all'Eminenza Vostra, perchè si serva farne l' uso corrispondente.

Napoli 5 dicembre 1823.

MARCHESE TOMMASI.

Real Segretaria di Stato degli Affari Ecclesiastici.

SECONDO RIPARTIMENTO.

AL

CARDINALE ARCIVESCOVO DI NAPOLI.

EMINENZA,

AVENDO S. M. con risoluzione comunicata a V. E. il dì primo dello scorso dicembre ordinato, che il Capitolo della sua Cattedrale godesse in quattro mesi del secondo semestre dell'anno del suo dritto di simultanea collazione coll'Arcivescovo per la provvista dei Canonicati detti semplici; l'E. V. con rapporto de' 7 del caduto dicembre, ha domandato di dichiararsi da S. M. quali due mesi del secondo semestre sieno

della libera collazione dell'Arcivescovo, e quali della simultanea col Capitolo: ed ha domandato il Real beneplacito della M. S. per lo possesso di D. Nicola Lentini, che trovasi da V. E. sin da agosto 1822 provveduto di uno dei detti Canonicati.

Avendo io nel Consiglio di Stato Ordinario de' 26 del corrente mese rassegnato a S. M. tale rapporto; ha la M. S. risoluto, che il Capitolo di Napoli eserciti il suo dritto di simultanea collazione nei primi quattro mesi del secondo semestre dell' anno, appunto come col fatto si pratica dai Capitoli di Salerno, Evoli, e Montecorvino nell'esercizio dei loro dritti elettivi. Essendo poi la provvista di Lentini stata disposta da V. E. prima della suddetta Sovrana risoluzione; S. M. ha comandato, che la medesima abbia il suo pieno effetto, con essere il Lentini posto in possesso del Canonicato senza altro ostacolo.

Il che nel Real nome partecipo a V. E., perchè si serva farne l' uso corrispondente.

Napoli 28 gennajo 1824.

Marchese Tommasi.

A S. E. RIVERENDISSIMA

MONSIGNOR COLANGELO

VESCOVO DI CASTELLAMMARE,

E PRESIDENTE DELLA GIUNTA PER LA PUBBLICA ISTRUZIONE.

ECC. RIV.

Il Tipografo Giovanni Martin desiderando dare alle stampe alcuni *privilegii dell' Illustrissimo, e Riverendissimo Capitolo della Chiesa Arcivescovile di Napoli ottenuti da ambo le Potestà Pontificia, e Regia*; la prega perciò di assegnargli un Regio Revisore. Tanto supplica, e spera.

GIOVANNI MARTIN.

A dì 25 aprile 1825.

PRESIDENZA DELLA GIUNTA

PER LA

PUBBLICA ISTRUZIONE.

Il Regio Revisore signor D. *Donato Gigli* avrà la compiacenza di rivedere l' opera soprascritta, e di osservare se vi sia cosa contra la Religione, ed i dritti della Sovranità.

Il Deputato per la Revisione de' Libri,
Canonico FRANCESCO ROSSI.

A S. E. RIVERENDISSIMA

MONSIGNOR COLANGELO

VESCOVO DI CASTELLAMMARE,

PRESIDENTE DELLA GIUNTA PER LA PUBBLICA ISTRUZIONE.

Il conservare la memoria de' privilegii appartenenti a classi distinte, e ragguardevoli nella Gerarchia Chiesastica, egli è un beneficio non lieve che prestasi non solamente alle classi medesime, ma benanche alla storia patria. Adunque a ritrarre un tal doppio vantaggio, opportuna essendo la stampa di *alcuni privilegii dell' Illustrissimo, e Riverendissimo Capitolo della Chiesa Vescovile di Napoli ottenuti da ambo le Potestà Pontificia, e Regia*, non osservando nella collezione di essi verun ostacolo per parte della Religione, e de' dritti della Sovranità, son di parere che se ne possa dar il permesso.

Napoli 14 maggio 1825.

Il Regio Revisore,
DONATO GIGLI.

PRESIDENZA DELLA GIUNTA

PER LA

PUBBLICA ISTRUZIONE.

Vista la dimanda del Tipografo Giovanni Martin, con la quale chiede di voler stampare alcuni *privilegj dell'Illustrissimo e Riverendissimo Capitolo della Chiesa Arcivescovile di Napoli ottenuti da ambo le Potestà Pontificia, e Regia;*

Visto il favorevole parere del Regio Revisore Sig. D. Donato Gigli;

Si permette, che gl'indicati privilegj si stampino, però non si pubblichino senza un secondo permesso, che non si darà, se prima lo stesso Regio Revisore non avrà attestato di aver riconosciuto nel confronto l' impressione uniforme all' originale approvato.

Il Presidende,
Monsignor COLANGELO.

Il Segretario Generale e Membro della Giunta
LORETO APRUZZESE.